

C. 653.

— Spoleti. Atto dux Spoletinus. PD. IV, 50.

658. Ind. 1— Spt. 1—2; Ariperti a. 5. 6.

Mart. 10. Germaniciae. Epitaphium Marcianae, 'quae recessit de hoc seculo sub die sexto Idus Marcias reg. dom. Aripert. anno V, p. ind. I'. Durandi, Pedona etc. p. 23; Troya 325.

661. Ind. 4— Spt. 1—5; Ariperti a. 8. 9.

— Ticini (?) Aripertus rex moritur (post regni a. 9 Or., PD. IV, 51), sepelitur in ecclesia S. Salvatoris Ticinensi. Epit. Cunincperti cf. a. 700. (Anno 661. Aripertum esse defunctum suspicari licet, quod Paulus V, 33 refert, anno 1, mens. 3. post mortem eius Grimoaldum regem factum esse).

20. PERCTARIT ET GODIPERT. 661—662.

— — Perctaritus et Godipertus fratres, filii Ariperti regis, patri succedunt. Regni sedes Perctarito Mediolanum, Godiperto Ticinum. PD. IV, 51.

662. Ind. 5— Spt. 1—6.

— Beneventi Romualdus a patre Grimoaldo in Italiam superiorem profecturo dux Beneventanus constituitur. PD. IV, 51.

— Prope Placentiam Grimoaldus dux cum advenisset, Garipaldum ducem Taurinatium legatum Godiperto regi praemisit. PD. IV, 51.

— Ticini Godipertus rex a Grimoaldo duce Beneventano occiditur. PD. IV, 51.

— — Perctaritus rex fugit ad cacana Avarum. PD. IV, 51.

21. GRIMOALD 662—671.

Aug. — Dec. — Grimoaldus dux Beneventanus regno potitur; Ariperti regis filiam in matrimonium ducit. PD. V, 1.

663. Ind. 6— Spt. 1—7; Grimoaldi a. 1. 2.

Ante Jul. — Grimoaldus rex ad Beneventum a Constante Augusto obsessum liberandum proficiscitur. PD. V, 7. Cf. Lib. pont. ed. Vign. I, 268.

— Beneventum Grimoaldus rex ingreditur. PD. V, 10.

— Spoleti Grimoaldus rex Trasemundum comitem Capuae ducem Spoletinum constituit. PD. V, 16.

668. Ind. 11— Spt. 1—12; Grimoaldi a. 6. 7.

Jul. — Grimowald rex promulgat 'per suggestione iudicum omniumque consensu' capitula legum edicto adiungenda. 'anno . . sexto regni . . ind. undecima'. MG. LL. IV, 91.

669. Ind. 12— Spt. 1—13; Grimoaldi a. 7. 8.

Jan. 24. Epitaphium Rofiae qui 'recessit de hunc seclm sub d. VIII. Kal. Febr. regnante dñm. nō. Grimouualdo rege anno VII, p. ind. XII'. Durandi, Pedona etc. p. 24; Baudi di Vesme, Ed. c. 212; Troya 338.